

IN EPISTOLA PAPAE^a LEONIS^a AD RUSTITIUM HERA V.

Ancillam^b oportit^c a thoro abicere et uxorem ingenuam accipere. Haec non duplicatio coniugii est, sed profectus est^d honestatis.

a-a) LEONIS PAPAE *PePo*. b) ancilla *Pa*. c) oportet *IvPaPbPePo*.
d) *fehlt PbPePo*.

II. Si alter coniugum debitum reddere non possit.

Si quis se in coniugio copulaverit et uni eorum contigerit, ut debitum reddere non possit, non liceat eos separare; nec pro alia infirmitate, excepto si daemonii infirmitas aut leprae macula supervenerit. Ceterum si ab his duabus infirmitatibus liberi fuerint invicem coniuncti, unus alteri servitium exhibeat¹²².

Collectio Herovalliana 54, 17

[*Iv fol. 96v-97r; Pa fol. 99vb-100ra; Pb fol. 121r; Pc fol. 149r; Pd fol. 45v; Pe fol. 77v; Po fol. 21v*]

CAP. VI.^a

Si ex coniugio unusquibet graviter infirmetur, ut non possit^b debitum persolvi, ob hoc numquam licebit eos dividi.

a) *V. Pa*. b) posset *Pd*, ab illo *folgt PePo*.

III. De eo, qui uxorem habet in patria et in alia regione versatur.

Si quis in aliena patria ancillam duxerit in consortium, postea in propriam reversus ingenuam acceperit et iterum contigerit, ut ad ipsam, qua inantea fuerat, patriam revertatur et illa ancilla, quam prius habuit, alii viro sociata fuerat, hic talis potest aliam accipere, tamen non illa vivente ingenua, quam in patria propria habuit¹²³.

Collectio Herovalliana 54, 16

[*Iv fol. 96v; Pa fol. 99vb; Pb fol. 121r; Pc fol. 149r; Pd fol. 45v; Pe fol. 77r-v; Po fol. 21v*]

CAP. IIII.

Si quis in captivitatem ductus ancillam ibidem accipiat^a uxorem et postmodum^b ad propriam^c reversus ingenuam ducat^d et iterum in praedicto loco, ubi ancillam habuit, ducatur^e et invenerit ipsam ancillam

122) *Siehe oben S. 419 und unten Anm. 139.*

123) *Siehe oben S. 419.*